Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tempus aequatum. Ut Sol in 26 Julij obtinuit 12 gradu Leonis, numero ergo in tabula astronomie è regione 12 graduum sub signo Leonis respondere 12 minuta. auferenda ex 18 horis & 14 minutis tempore s. apparato ac quinque 18 horae 2 minuta temporis apparatus & aequatum.

De inquirendis veris locis Planetarum.

I. Primum considera an Planetae progrediantur secundum serie signorum, an retrogradiantur contra serie signorum. Quod cognoscis ex annotata linea Re, & precipue ex motu decrescente. Si in sequentis diei motus, maior est precedente progreditur Planeta from serie signorum. Sin vero minor fuerit regredit contra serie signorum. eos q regrediuntur nota, ut in nostro exemplo regrediuntur ut Saturnus Re. & q venus Re.

II. Secundo collige motus diurnos singulorum Planetarum ordine hac ratione. Si planetae progrediuntur propositi diei motu cuius Planeta auferr à sequenti & differentia motu diurnum ostendet. Si vero regrediuntur sequentis diei motu à propositi diei motu, subtrahe, & id collige.

d. Rx NB.

Notandum hic: Si à sequenti die subtractio motus fieri non potest propter ingressum Planetae in aliud signum (quod sepius fit in Luna motu) tunc adjice numero graduum à quo fieri debet subtractio integrum signum h.e. 30 graduum, residuum per subtractionem ostendet motum diurnum.

2. Sed si post operationem regulae de Tri (ut paulo pg